Badische Landesbibliothek Karlsruhe

Digitale Sammlung der Badischen Landesbibliothek Karlsruhe

Biblia Latina - Cod. Aug. perg. 154

[Reichenau ?], [14. Jh.]

Schmuckinitiale

urn:nbn:de:bsz:31-42065

Visual Library

salphaad a dno promulgata e. nubant
quibz volunt. tantum sue tribz hominibz.
ne commisceatur possessio filior isrl
de tribu in tribum. Omnes enim viri du
cent uxores de tribu et cognatione sua.
et cuncte femine maritos de eade
tribu accipient ut hereditas perma
neat in familiis. nec sibi misceantur
tribz. sed ita maneant ut a dno sepa
rate sunt. Feceruntq; filie salphaad ut
fuerat imperatum. et nupserunt maa
la et thersa. et egla et melcha et noa
filiis patrui sui de familia manas
se qui fuit filius ioseph. et possessio
que illis fuerat attributa. mansit in tribu
et familia patris earum. Hec sunt mandata
atq; iudicia que precepit dns per manum
moysi ad filios isrl. in campestribz
moab supra iordanem contra iericho. Explic

liber IIII. Incip lib deuterono
mium

Hec sunt verba
que locutus est
moyses ad
omnem isrl
trans iordanem
in solitudine
campestri.
contra mare
rubrum. inter pharan et thophel et laban
et aseroth. ubi auri est plurimum. XI
diebz de oreb. per viam montis seyr.
usq; cades barne. Quadragesimo an
no. undecimo mense. prima die men
sis. locutus est moyses ad filios isrl omnia
que preceperat illi dns ut diceret eis. Postquam
percussit seon. regem amorreorum qui
habitavit in esebon. et og regem basan
qui mansit in aseroth et in edrai. trans
iordanem. in terra moab. Cepitq; moyses
explanare legem. et dicere. Dns ds noster
locutus est ad nos in oreb dicens. Suf
ficit vobis quod in hoc monte mansistis. Re
vertimini et venite ad montem amorreorum
et ad cetera que ei proxima sunt campestria
ad montana. et humiliora loca contra meri
diem. et iuxta litus maris. terram chana
neorum et libani. usq; ad flumen magnum
eufraten. En inquit tradidi vobis. In
gredimini et possidete eam. super qua iu
ravit dns patribz vestris. abraham ysaac
et iacob. ut daret illam eis et semini eorum
post eos. Dixiq; vobis illo tempore. Non
possum solus sustinere vos. quia dns ds
vester multiplicavit vos. et estis hodie
sicut stelle celi plurimi. Dns ds pa
trum vestrorum addat ad hunc numerum multa
milia. et benedicat vobis sicut locutus est.
Non valeo solus vestra negotia sustinere
et pondus ac iurgia. Date ex vobis viros
sapientes et gnaros. et quorum conversatio
sit probata in tribubz vestris. ut ponam
eos vobis principes. Tunc respondistis michi.
Bona res est quam vis facere. Tuliq; de tri
bubz vestris viros sapientes et nobiles.
et constitui eos principes. tribunos et cen
turiones et quinquagenarios ac decanos
qui docerent vos singula. Precepiq; eis
dicens. Audite illos. et quod iustum est iu
dicate. Sive civis sit ille sive peregrinus.
nulla erit distantia personarum. Ita parvum
audietis ut magnum. nec accipietis cuiusquam
personam. quia dei iudicium est. Quod si diffi
cile vobis aliquid visum fuerit. referte
ad me. et ego audiam. Precepiq; omnia que
facere deberetis. Profectiq; autem de oreb transivi
mus per heremum terribilem et maximam quam
vidistis. per viam montis amorrei. sicut